quam sedi sta surrectio exaltationem significat sessio humili
tatem. In significatione ergo humilitatis addidit qui man
ducatis panem doloris qui aqui gemunt in ista peregrinatione
dicit factae sunt mihi lacrimae meae panes. Cum dederit dilectis suis
somnum ecce hereditas dn̄i postquam dormierint dilecti xp̄i postea
surgent ut sint hereditas dn̄i filii merces fructus uentris parientium
ecclesia coniux xp̄i filios huius fructus uentris non hic fructus merces
sed postquam manducauerit panem doloris. Sicut sagittae in manu
potentis ita filii excussorum. excussores hic prophetas dicit filios
excussorum apostolos excussi sunt prophetae id mẏsteria prophe
tarum diligenter & generati sunt apostoli & positi sunt sicut sagit
te in manu potentis & ille potens potenter excussit eos ita ut in omnē
terram exiret sonus eorum. Beatus uir qui implevit desiderium
suum ex ipsis id de praedicatione eorum iste talis non confundetur
cum loquentur inimicis suis in porta id in xp̄o qui a ipse est porta
qua intramus siue intransitus sui porta cum inimicos suos id pec
cata sua depresserit a quibus ipse fuerat depressus CANTICV̄ GRADVV̄
Beati omnes qui timent dn̄m & quid habent praemium labo
res manuum suarum manducabunt quia unusquisque
quod seminauerit hoc metet. Vxor tua sicut uitis abun
dans & reliqua. uxor uiri sapientia est. Vxor xp̄i ecclesia late
ra domus sunt qui erent xp̄o. filii eius sunt apostoli. sicut nouella
oliuarum quia in oliua fructus est pacis. oleum enim pacem
significat quia caritatem significat. tales filii debent esse in cir
cuitu mensae dn̄i & uideres bona hierusalem id uita aeterna
omnibus diebus uitae suae. & filios filiorum id fructus operum
suorum & pacem sup isrl̄. CANTICVM GRADVVM
Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea ecclesia loquitur
de his quos tolerat ab initio mundi quare expugnauerunt
quia non potuerunt mihi non illis consensi ad malum propte
rea p̄secuntur in me bonum. Supra dorsum meum fabrica
uerunt peccatores uolunt primo ut consentiamus illis ad ma
lum si non consenserimus toleramus eos & quasi supra dorsum
portamus sic enim nobis praeceptum est ut fructum adferamus
per tolerantiam donec ueniat dn̄s & concidat ceruices peccato
rum & conuertantur retrorsum qui aoderunt sion id ecclesiā
& fiant sicut fenum tectorum quod prius quam euellatur
exaruit uenturi enim sunt messores id angeli qui tritticū
recondant in horreum & de istis non implebit manū suam sed
cum zizania mittent eos in ignem. Et non dixerunt qui p̄teri
bant benedictio dn̄i sup uos p̄tereuntes sunt prophetae & a
postoli qui sup ōs quos inuenerunt in tectis sicut fenum id emine
re & sup bire benedictionem sup eos non dederunt quia dig
ni non fuerunt audire benediximus uobis in nomine dn̄i CANT GRD
De profundis clamaui ad te dn̄e & cet̄. haec uox penitentis est
quae mortas se digna recolit admisisse. Fiant aures tuae
intendentes in uocem dep̄cationis meae. talis enim uox prae
cesserat qua mereretur audire quia apud dn̄m propitiatioē
Sustinuit anima mea in uerbum eius & cet̄ sustinuit promis
sionem quam dn̄s promisit dicens paenitentiam peccatorum
mālo quam mortem. A custodia matutino usque ad noctē
speret isrl̄ in dn̄o. surrexit dn̄s mane hoc spera & tu de te
a dn̄o usque in noctem quousque finiatur haec uita p̄sens.
sperate resurrecturum & futurum sine peccato. quia pri
or ille surrexit qui fuit sine peccato & noli dicere non sū
dignus noli desperare quia apud dn̄m misericordia est
& ipse redimet isrl̄ ex omnibus iniquitatibus eius CANTICV̄ GRD
Dn̄e non est exaltatum cor meum haec uox ecclesiae est
ostendens nobis humilitatem dicens planius non fui
sup bus noli quasi in mirabilibus innotescere hominib;
sup me hoc ē sup uires meas. si non humiliter sentiebā
sed exaltaui animā meā sicut ablactatus sup ma
trem suam ita retribues in animam mea id si non men
te sed malitia paruulus fui sed quia sensu non fui
paruulus non humiliter sentiebam sed exaltaui
animam meā retribuatur mihi quo retribuitur
paruulo qui ablactatur a matre ut iam panē sit
idoneus manducare. Speret isrl̄ in dn̄o ex hoc nunc
& usque in sclm̄ CANTICVM GRADVVM
Memento dn̄e dauid & omnis mansuetudinis eius
Ergo ad hoc memento ut impleat quod promisit.
sicut iurauit dn̄o uotum uouit dō iacob. qui duouit
iurare est autem firme promittere adtendite
uotum hoc quod uouerat ut sit domus dī. Si introiero
in tabnaculum domus meae hospitare apud
te uult xp̄s facilli locum si non te sed illum amaueris
a peris illi. si ascendero in lectum stratus mei hoc
sup bi faciunt priuati non qui uult inuenire locum
dn̄o. si dedero somnum oculis meis multi enim cum
dormiunt non faciunt locum dn̄o tales excitat apostolus
lus surge qui dormis & exsurge a mortuis. Et requi
em temporibus tempora circa oculos sunt & are quie
temporum somnus uenit ad oculos. cum ergo cepe
rit te delectare aliquid temporale ad peccatum
iam grauantur tibi tempora noli credere tali
delectationi maiores dolores habet quam sua
uitates. excute te a tali somno & paras locum
dn̄o & tabnaculum dō iacob. Ecce audiuimus
eā in eufrata quam eam sedem dn̄i. Inueni
mus eam in campis silue eufrata interp̄tatur
speculum illa domus quae inuenta est in cam
pis silue id in gentes in speculum audita est
id in imagine prophetiae praedicata est quod
p̄dicatum est in imaginem iudeis manifestatū
est in fide gentium. Introibimus in tabnacu
lū eius id dn̄i adorauimus in loco ubi steterunt
pedes eius id in p̄ destinatis. Surge dn̄e in requi
em tuam tu & archa sc̄ificationis tuae ipse caput
nr̄m archa eius ecclesia surrexit prior surget
& ecclesia. Sacerdotes tui induantur iustitia id
fide qua accepto pignore sp̄s sc̄i laetentur mē
bra spe resurrectionis qua p̄cessit in capite. Prop
ter dauid seruum tuum non auertas faciem xp̄i
tui hoc dō patri dictum est tamquam rogatur
dš propter reliquias isrl̄ quia surrexit xp̄s
& auertat faciem suam a iudeis & conuertit ad
gentes & dicitur ei propter dauid seruum tuū
non auertas faciem xp̄i tui & impletum est qd̄
hic rogatus est dš quia reliquiae inde salue fac
te sunt. Iurauit dn̄s dauid id promisit quid
ueritatem & non frustrauit eum id non mu
tauit quod promisit. De fructu uentris tui ponā
sup sedem tuam quia de femina natus ē xp̄s
quo uir non accessit. Si custodierint filii tui
testamentum meum filii eorum usque in
sclm̄ sedebunt sup sedem tuam. Non dixit si fi
lii tui custodierint sedebunt sup sedem tuam
sed ait si filii tui custodierint filii eorum sede
bunt. filios ergo hic uoluit intellegi fructus
ipsorum id tales fructus habebunt ut spes eos
non fallat ut illic ueniant quo sperant se
uenturos. Q̄m elegit dn̄s sion id ecclesiam uitina

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 94.4, 5v – Commentarius in Psalmos; Commentarius in Proverbia Salomonis (https://fragmentarium.ms/view/page/F-cso6/2300/26722)